



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1725. usque ad annum 1728

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1784**

**VD18 13322648**

§. 19. Episcoporum sententia de opportunis tollendi dissidii mediis.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67667](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67667)

varia dispergebantur monasteria. Inde Sæc. XVIII.  
 autem evenit, ut deinceps restituta A. C. 1727.  
 pace nullus ex tota Diœcesi contra Ec-  
 clesiam, aut Episcopi sui exilium atque  
 exauktionem obloqui audiretur.

## §. XIX.

*Episcoporum sententia de opportunis  
 tollendi dissidii mediis.*

Jam supra meminimus, Franciæ Re-  
 gem Episcopis Lutetiæ agentibus  
 præcepisse, ut de efficacibus refracta-  
 rios compescendi mediis consultarent,  
 & desuper ad Regem referrent. Hi  
 ergo crebros, privatos tamen habuere  
 congressus, exeunte autem Mense  
 Aprili Præsede Cardinale Rohanio,  
 Cardinales, Archiepiscopi, ceterique  
 Præsules generalem instituebant Con-  
 ventum, in quo de opportunis ea, quæ  
 in privatis cætibus proposita fuissent,  
 ad exitum deducendi mediis agerent.  
 Hanc in rem ipsemet Rex duodocim  
 proposuit quæstiones, ad quas a Con-  
 ventu responderi præcepit. Cunctis igitur  
 mature ponderatis Præsules scriptum  
 confecere, in quo sua ad quæstiones re-  
 sponso potissimum ad sex hæc capita  
 reduxere. I. Constitutio *Unigenitus*  
 tanquam Ecclesiæ Regni que lex est ac-  
 ceptanda II. nec Laicis nec Magistra-  
 tibus

Sæc. XVIII.

A. C. 1727.

tibus competit determinare, utrum aliqua decisio sit recepta ab Ecclesia, quia id est factum dogmaticum, cujus cognitio ad solos spectasset Episcopos. III. Declarationes Annis 1717. & 1720. factæ duntaxat editæ sunt, ut tempori deserviat, cum fideles ea etiam tempestate omnino ad recipiendam hanc Constitutionem compelli potuissent. IV. Inculcetur, in quo sensu Pax Clementis IX. Bulla: *Vineam Domini*, & formularium accipienda sint. V. Synodus Embrodunensis propugnetur. VI. Concilia saltem Provincialia celebrentur. Hoc scriptum Præsules die octava Maij Ludovico XV. Regi obtulerunt, unacum epistola Conventus nomine scripta, in qua contra duodecim Episcoporum literas, & Advocatorum Consultationem acrius declamabant.

## §. XX.

*Patris Le Courayer liber in eodem Concilio proscriptus.*

*Vid. supra  
t. 71. p. 511.  
& tom. 70.  
pag. 215.*

Ceterum Embrodunensis Synodi Patres non modo Sanitiensis Episcopi causam dijudicabant, sed insuper agebant de Petri Francisci le Courayer dissertatione, quam de validis Anglorum ordinationibus ediderat. Hunc enim librum unacum ejus apologia hoc anno

Sy-